Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



hunc hominibus placere quæsisset servus
non essem. Notum enim vobis facio
fratres euangelium quod euangelisatum
est a me: quia non est secundum hominem.
Neque enim ego ab homine accepi illud
neque didici: sed per reuelationem iesu xpi.
Audistis enim conuersationem meam aliquando
in iudaismo: quoniam supra modum
persequebar ecclesiam dei: et expugnabam illam: et proficiebam in iu-
daismo super multos coetaneos
meos in genere meo habundantius
emulator existens paternarum
mearum traditionum. Cum autem
placuit ei qui me segregauit de
utero matris meæ et vocauit per
gratiam suam ut reuelaret filium
suum in me ut euangelisarem illum
in gentibus: continuo non acquieui
carni et sanguini. Neque veni hierosolima
ad antecessores meos
apostolos: sed abiui in arabiam et iterum
reuersus sum damascum. Deinde
post annos tres veni hierosolima
videre petrum et mansi apud
eum diebus quindecim. Alium autem
apostolorum vidi nemiem: nisi iacobum
fratrem domini. Quæ autem scribo
vobis ecce coram deo quia non men-
tior. Deinde veni in partes syriæ
et cilicie. Eram autem ignotus
facie ecclesiis iudee quæ erant
in xpo. Tantum auditum habebant. At
quoniam qui persequebatur nos aliquan-
dum euangelizauit fidem quam ali-
quando expugnabat: et in me
glorificabant deum:

Deinde post annos quatuor
decim iterum ascendi hie-
rosolima cum barnaba
assumpto et tito. Ascendi autem secun-
dum reuelationem: et contuli cum illis euan-
gelium quod predico in gentibus. Se-
orsum autem his qui videbantur
aliquid esse: ne forte in vacuum
currerem aut cucurissem. Sed
neque titus qui mecum erat: cum
esset gentilis compulsus est circum-
dari. Set propter introductos falsos fratres
qui subintroierunt explorare li-
bertatem meam quam habemus
in christo iesu ut nos in seruitutem
redigerent. Quibus neque ad ho-
ram cessimus subiectionem: ut veri-
tas euangelii permaneat apud vos.
Ab his autem qui videbantur esse ali-
quid quales aliqui fuerint mihi
nihil mea interest. Deus enim perso-
nam hominis non accipit. Mihi enim
qui videbantur esse aliquid nihil
contulerunt. Set econtrario cum vidissent quod
creditum est mihi euangelium prepu-
tii sicut et petro circumcisionis: qui
enim operatus est petro in apostola-
tum circumcisionis: operatus est et in
me gentes. Et cum cognouisset gra-
tiam quæ data est mihi iacobus
cephas et iohannes qui videbantur
esse columne dextras dederunt
mihi et barnabe societatis: ut
nos in gentes: ipsi autem in circum-
cisionem tantum: ut pauperum memo-
res essemus. Quod et ipsum sollicitus fui
hoc ipsum facere. Cum autem venisset
petrus antiochiam in faciem ei re-
stiti: quia reprehensibilis erat. Prius
enim quam venirent quidam ab iaco-
bo cum gentibus edebat. Cum autem
venissent subtrahebat et segre-
gabat se: timens eos qui ex circum-
cisione erant. Et simulationi eius
consenserunt ceteri iudei. Ita ut et
barnabas ducetur ab eis in illam
simulationem. Set cum vidissem quod
recte ambularent ad veritatem
euangelii: dixi cephe coram omni-
bus. Si tu cum iudeus sis gentiliter viuis
et non iudaice: quomodo gentes cogis
iudaizare. Nos natura iudei et non
ex gentibus peccatores: scientes autem
quia non iustificatur homo ex operibus legis
nisi per fidem iesu xpi: et nos in